RUPERTUS TUITIENSIS
Österreich oder Süddeutschland, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 87r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26003
Copyright: Admont, Benediktinerstift

subiungit. et inspirauit in faciem eius spiraculum uite. quod aliud inuenit nisi quia substantia quidem
hominis aliunde quidem de semetipso fecit. sed bona et beata uita eius in semetipso habens. de semetipso
in faciem cordis eius inspirauit. Cum autem filii hominum redimens sacramenta saluti, et uite eius idem san
guinem et aquam de semetipso effudit. iam quidem redimens in faciem discipulorum suorum insufflauit. nine
et ipse uitam nitam in semetipso se habere potentem ostendit. Cum quia uita nita quidem cum et 1
abscondita et idem sic in integrum a filio restituta est per mortem quidem iudicia diaboli in mundum
subiuuerat sicut a patre ante mortem illa constituta fuerat. et hoc damno idem percipiente pa
tre factum est dicitur alibi filio. et sicut mandatum dedit in patre sic facio. recte nec dicitur est. quia
sicut habet pater uitam in semetipso. sic dedit et filio uitam habere in semetipso. Et quia filius in ipso
na sua maiora opa non sine crucis et mortis iniuria redemit hominem cui et unum ipse assumpsit
ho dignatus fieri. maiora inquit opa in eo quod hec obedientem puluit quidem pater in eo quod hominem de luto
plasmauit. recte nec addunum est. et potestatem dedit ei iudicium facere. quia filius hominis est. Vnde et ho
res dicitur non mortui patris sed mortuique hereditatis. quia quia dono patris pierat filius resuscitatus iterum possi
det. iure illa eius hereditas dicitur et est. cui dispendio reparata est. Cum autem die et potestatem dedit ei uite
iudicium facere quia filius hominis est. nichilo damnato patris diminuta est. quin potius honori eius proficit. filio da
ta potestas iudicandi. dum filius iudicando regnum ut ait apostolus tradat. id est acquirat domino et patri.
primum acto iudicio mundi quidem princeps mundi hui illo per mortem suam triumphante foras eiecit.
deinde pacto finali iudicio perque erit finis ut idem apostolus ait. cum tradidit et acquisierit regnum deo
et patri. et tunc ipse filius subiectus erit ei qui sibi subiecit omnia. ut sit deus omnia omnibus. subiectus inquit non sub
iectione seruili sed amore inseparabili non specie diuisionis sed unitate indiuiduae caritatis. in
frior quidem secundum naturam hominis. compar secundum naturam dei. et sic honorificandus semper sicut et pater
gloria et honore cum ipso. Deque finali iudicio mox subdit. Nolite mirari hoc quia uenit
hora quando omnes qui in monumentis audiet uocem eius et procedet. qui bona egerit in resurrectionem
uite. qui uero mala egerunt in resurrectionem IVDICII.
Nolite inquit mirari hoc quia non bona est admiratio uita. non enim hec admiramini taque
ubi uite et uitam sed tantum infamia. demonium habentis. Nolite quoque mirari quia parua
sit hec comparatione maiorque quae futuri estis ut uos miremini. ut uidentes tremini ti
more et stupore horribili. ut iuxta psalmum uideatis et confundamini. et ignis de
uorat hostes manus domini. Magnum quidem et uenisse horam et non esse. quam uidere uoluerit et non
uidere multi reges et prophete. magnum inquit et mirum est mortuos audire uocem filii dei
et uiuere. Magnum inquit hoc est. sed multo maius est uenire horam de qua non dico quia non est. sed dico
tantum quia uenit. in minae ia et appropinquat. et sine dubio uenta est inquit omnes qui in monumentis
sunt omnes inquit siue mortui siue uiui. id est siue peccatores siue iusti qui in monumentis sepulti.
et soluti tandis corporibus in cineres suum reuersi audiet uocem eius in iussu ipsius siue
maiestatis in voce archangeli. in tuba dei de celo descendentis. utrumque celo commotis.